Pro Quodlibetaria disputanda

~~Quaestio medica Quodlibetariis disputationibus agit~~da In Scholis Medicorum

die 8a martii ~~Februarii~~ Praeside Viro Doctissimo Domino ~~Moderatore Christophoro fernando~~

Antonio Taquetio, Doctore medico.

Respondentne functiones humoribus ~~et~~ hi Temperamentis?

Humano Corpori ~~cui~~ qui perpetuo insitum humores ~~illum~~ alimentum ab innato Calore alteratum in venis (quibus distributio alimentorum, excrementorumque inanito fit) simul geniti e Elementa sanguine praeditorum dicti quinque compositis Elementorum Conjugationibus (quas non nisi eorum formis corruptis, iisdemque totis per tota mistis fieri possunt) temperatura, functionibus, sed non numero respondent.

Sanguis alendo Corpori utilis qui sine mixtione quatuor humorum esse non potest à Calore nativo (qui tantus est quantus primigenius humor, in quo existens humani Corporis fabricatur structuram) humido temperato gignitur omnium partium quas gignit nutritionem, augmentationemque (ejusdem facultatis functiones) moderatur, animique affectus movens, ac homines magnos, temperatosque producit.

Quatuor aequa proportione humorum nimis crescente plethoricus habitus statim solutus, temperatissimo (qui sub torrida zona aetate media, functionibus cunctis aptissimus muneri potest) oppositus, apoplexiis, putredinisque inflammationibus obnoxius gignitur, alii vero humores hic contrarii cum Cacochymia Corpus afficiant à fortioribus particulis offensis in inferiores rejecti, fluxionum sunt Causae.

Pituitas specierum ea sola naturalis est quae dulcis dicitur: Coctionemque non vacuationem ex Corpore desiderat. Reliquas autem dictas species ~~ret~~ frigidissimi humoris sunt, ista functiones ventriculi hepatis toti Corpori communes tardant, apoplexia, Catarrhus, lethargum ~~que~~, febresque quotidianas (aestate quam hyeme magis periculosas) gignunt ~~que~~, quarum modo labes triduana inedia non inutilis censenda est.

Reliqua duo humorum genera ut modii substantiam superans ista sua tenuitate flava bilis pituitam in fundo ventriculi haerentem penetrat ac urget, sanguinique haud facile sua crassitie in partes permeanti vehiculum facta, per insensibilem transpirationem foras emittitur. atra vero ut ~~ex~~ initium sumat à sanguinis adustione crassis, terrestrisque, libidis Colligatur, cancrorum, Carbonumque sit Causa, homines tamen prudentes ingenio perspicaci ac firmo producere potest.

~~Ergo~~ Itaque respondent functiones humoribus, ~~et~~ hi temperamentis.

~~Hujus veritatem quaestionis sustinebat Parisiis M. Antonius Taquetius. Anno 1546.~~

Asserebat Christophorus Fernandus, Regis Lusitaniae Bursarius. 1546

BIBLIOTHEQUE